



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

§ VI. Ob Ius Tertij violatum, Rescriptum illud fuisset inualidum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

Sexto, quia persuasit Imperatori quod Abbatia Maximiniana à B. Hildulpho de bonis Ecclesiae Treuirense fundata esset, ut in textu alterius Conradini Rescripti Spiræ dati, & in libello sub lit. V. exhibiti, legitur. Hoc autem non subsistere hac parte Sect. 4. §. i. alijtque locis, demonstratum est, & ipsem Scriptor libelli foundationem Monasterij S. Hildulpho tribuere non potest, cùm fateatur illud tempore Dagoberti Regis, & S. Modoaldi Archiepiscopi, qui saeculo integro secundum ipsiusmet calculum (in libello num. 7. & n. 12.) Hildulphum præcesserunt, iam fuisse constructum & fundatum.

Ex quibus omnibus abundè probata est sub: & obreptio prætensi istius Diplomatici Conradini.

Cui accedit insuper importunitas & potentia precatoris Alberonis, qui instanti sollicitatione & persuasione, Diploma tandem extorsit potius, quam obtinuit; considera quælo clausulas sequentes.

In Diplomate Argentinae dato sub lit. C. Idem Archiepiscopus rediuiuam proclamationem magnis & assiduis allegationibus in oculis Principum presentauit.

In Spirensi sub lit. V. Querelam dilecti nostri Alberonis quam sapè & multum depositus de Abbatia &c.

Item, que olim Regiā potestate (ut erat querimonia Archiepiscopi) à predicta Ecclesia est subtracta.

Item hæc. Timens itaque extremi examen Iudicij, ne propter hoc apparerem reus in conspectu Domini &c.

Itaque considerata Alberonis naturali vehementia, ingenio & potentia, quam §. i. descripsimus, meritò hic locum habeat ista sanctio, l. i. C. de petit. bonorum sublata. Sed quoniam plerumque, ita in nonnullis causis inuerecundā petentiū initiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus, nec rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis loci aliquid relinquatur.

### s. VI. Ob Ius Tertij violatum, Rescriptum illud fuisse inuolidum.

**P**otissima Rescripti alicuius nullitas in hoc consistit, si per illud lædatur Ius tertij, quod hic vtique grauissime læderetur.

Ius enim habet Maximiniana Abbatia arduum sanè illud & illustre, modoque omnibus inuiolabile, ut sit Imperij status, ut nullius subsit quam Imperij Imperatorisque potestati, ut nulli sit appendix vel famula, ut Ius & Iurisdictiōnem habeat immediatè sub Imperio, ut ab imperio immediatè feuda sua Regalia, temporalia teneat; eaque omnia ex contractibus foundationis, in feudationis, donationis, stipulationis, ex re iudicata ex ipsa Imperialis status naturâ, constitutione ac conditione, ad eandem Abbatiam religiosumque Conuentum inuiolabilitet spectantia.

Tanta autem eorum, ac tanti momenti Iura per vnicum aliquod Rescriptū, in quo ne verbo quidem de illis fit mentio, euerti, ab ijs auferri, in alterum transferri quis credat? Quis Imperatorem id, aut conatum, aut secundum Ius naturale vel positivum, diuinum aut humanum potuisse, nobis persuadeat?

Certe leges passim id fieri vetant, l. 7. C. de preibus Imperatori offerendis. 200 tit. C. si contra Ius vel urbit. public. l. uniuersa 7. C. de diuersis rescriptis. & idem fieri non posse, non semel altè clamat & inculcat libelli Scriptor.